**Besondere Prüfung 2015 - Latein**

**11. September 2015**

Arbeitszeit: 120 Minuten

## Schlüsselqualifikationen römischer Politiker

*Ausgehend vom Beispiel des für das Jahr 62 v. Chr. gewählten Konsuls L. Murena stellt Cicero in einer Rede heraus, welch große Bedeutung im politischen Leben seiner Zeit zum einen der Tüchtigkeit im Krieg (Z.1-10), zum anderen der rhetorischen Fähigkeit (Z.11-16) zukommt.*

L. Murena summi imperatoris legatus[1] fuit: Qua in legatione[2] duxit exercitum, magnas copias hostium fudit, urbes cepit; maximo in bello sic est versatus[3], ut hic multas et magnas res sine imperatore gesserit, nullam rem imperator sine hoc gesserit.

Nimirum[4] virtus rei militaris praestat ceteris omnibus virtutibus. Haec[5] populo Romano nomen, haec[5] huic urbi aeternam gloriam peperit, haec[5] orbem terrarum parēre imperio nostro coegit. Omnes urbanae res et omnia nostra praeclara studia latent[6] in praesidio bellicae virtutis. In eis, qui laude militari antecellunt[7], summa dignitas est. Omnia enim, quae sunt in imperio et in civitate, ab his defendi et firmari putantur.

Gravis et plena dignitatis etiam est facultas dicendi, quae saepe valuit[8] in consule deligendo. Orator bonus consilio atque oratione mentes senatus et populi permovere potest. Quaeritur consul, qui dicendo nonnumquam furores tribunorum comprimat, qui populum concitatum flectat, qui largitioni[9] resistat. Non mirum est, si ob hanc facultatem dicendi saepe etiam homines non nobiles consulatum consecuti sunt.

[155 lat. Wörter]

| | | |
|---|---|---|
| 1 | **legatus, -i** | Unterfeldherr |
| 2 | **legatio, -onis** | Posten (des Unterfeldherrn) |
| 3 | **versari** | *hier:* sich bewähren |
| 4 | **nimirum** | ohne Zweifel |
| 5 | **haec …** | *Gemeint ist jeweils die „virtus rei militaris“*! |
| 6 | **latere in** | *hier:* geborgen sein in … |
| 7 | **antecellere** | sich auszeichnen durch … |
| 8 | **valere** | *hier*: von großer Bedeutung sein |
| 9 | **largitio, -onis** | Bestechung |